Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



cum dicerẽt quod hinc commemoraeuit · Nos autẽ reuelata
facie gloriam dñi speculantes · In eandem imaginem transfor
mamur · Quod si quis quam dubitat · recenseat eundem locum ·
& attendat unde apostolus loquebatur · De uelamine scilicet ·
quod manet in lectione ueteris testamenti · donec quisq: tran
seat ad xp̄m ut auferatur uelamen · Ibi quippe dicit · Nos autẽ
reuelata facie gloriã dñi speculantes · Que facies in iudaeis
non erat reuelata · de quibus dicit uelamen sup̄ cor eorum po
situm est · ut ostendat cordis faciem nobis esse reuelatam ·
uelamine ablato · Postremo nequisquam ista minus intuens
minus que discernens · uisibilem dm̄ uel angelis uel hominibus ·
cum equales angelis facti fuerimus siue nunc esse siue futurũ
esse crederet · euidentissime quid sentiret expressit ·
dicens quod faciem dī iuxta naturae suae ꝓpriẽtatem · nulla
uideat creatura · Et tunc mente cernatur · quando inuisibilis
creditur · Unde sufficienter significauit · Quando uisus est
ab hominibus ꝑ oculos corporis · tamquam ipse corporeus ·
non eum scd̄m naturae suae ꝓpriẽtatem fuisse uisum in qua
Tunc mente cernitur · quando inuisibilis creditur · Quibus inui
sibilis · nisi aspectibus corporalib: & iam caelestibus · sicut
supra de angelis & potestatibus · & dominationib: dixit ·
quanto magis terrestribus · Unde alio loco euidentius dicit ·
Non solum patris diuinitatẽ · sed ne filii quidem & sp̄s sc̄i ·
quae una in trinitate naturae est posse oculos carnis aspicere ·
sed oculos mentis · De quibus ipse saluator ait · Beati mundo
corde · qn̄m ipsi dm̄ uidebunt · Quid hac manifestatione
lucidius · Si enim tantũ modo dixisset · nec patris · nec filii ·
nec sp̄s sc̄i diuinitatem · posse oculos carnis aspicere · nec de
inceps addidisset · sed oculos mentis · fortedicerẽtur carnẽ
iam non esse apellandam · cum corpus fuerit spiritalem ·